



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De fama bona, aut mala. cap. x.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](#)

D. IOANN. DAMASCENI

*Prou.16.* Initium viæ bonæ, facere iustitiam: accepta est autem apud Deum magis quam p*er* amolare hostias. Vias, quæ à dextris sunt, nouit Dominus: peruersæ vero sunt, quæ à sinistris sunt. Tribuli & laquei in viis obliquis: qui autem cù**od**it animam suam, abstinebit ab eis. Qui iuste ambulat, auxilium accipiet. Iu*storum* semita quasi lux splendens: procedit & crescit usque ad perfectum diem.

*4.* 16. Est via quæ videtur homini recta: & nouissima eius ducunt ad mortem. Si ambularent per vias bonas, inuenirent vias iustorum planas. Semita vitæ declinantibus à malis. Dirige semitam pedibus tuis: & omnes viæ tuæ stabilentur. Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram.

*Hier.6.* Hæc dicit Dominus: State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea: & inuenietis refrigerium animabus vestris. *G*

*Ecli.5.* *Eccl.5.* Ne attrahatis exitium in operibus manuum vestiarum. Non ventiles ad omnem ventum: & non ambules in omni semita. Abscede ab iniuitate tua, & dirige manus: & ab omni peccato purifica manum tuam.

*2.Pet.2.* Maledictionis filij, derelinquentes viam rectam errauerunt, secuti viam Bas*lam.*

*1.Thess.5.* Omnia probate: quod bonum est, tenete: ab omni specie mala abstinet.

*Incerti.Ba* *filij esse* Qui vitium fugiunt, non si semel atque iterum peccatum vitarint, propterea laudandi sunt: sed si vitij gustum prorsus effugere queant. Etenim amplexandæ virtutis initium est *H* *Plato.* secessio à vitio. Declina enim, inquit ille, à malo, & fac bonum: sapienter nimirūm & artificiosè, dum ad virtutem nos inducit, recessum à malo initium boni efficiens.

*Naz.in* *Tetraft.* Scintilla magnas parua flamas excitat:

Ac viperinum semen haud raro necat.

Ob idque noxam, quamlibet parvam fuge.

*Idem in* *Lament.* Nam parva primum sit licet, crescit tamen.

*ad Chri-* O mens inanis, fons mali, ne profuse;

*stum.* Aut, lingua, saltē ne latum fædum excipe,

Si lingua, saltē ne malum manus gerat.

*Chrysost.* Imago tibi sic nam manebit integra.

Laqueos agnoscamus: ac procul ab ipsis incedamus. Precipitia agnoscamus: ac ne ad ea quoque propius accedamus. Hoc nobis summa securitatis causa erit, si non modò peccata fugiamus: sed ea etiam, quæ licet nec bona nec mala esse videantur, tamen nos ad peccatum impellunt.

*Clement.* Discessus à malis, salutis est initium.

Defama bona aut mala.

C A P. X.

*Prou.22.* ELIVS est nomen bonum, quam diuitiae multæ: super argentum & aurum gratia bona.

*Ecli.7.* *Ecli.41.* Melius est nomen bonum, quam vnguenta pretiosa. *K*

*40.* Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi & magni. Gratia est sicut paradisus *41.* benedictionis. Bonæ vitæ numerus dierum: bonum autem nomen permanebit in æternum. Nomen malum ignominiam & probrum hæreditabit. Homo illepidus importuna fabula.

De inani opinione & existimatione: & quod præstet bonum esse, quam videri. Hoc enim quod virtutem impedimento esse.

C A P. XI.

Vidi